242

Innocentius IV. papa, cum accepisset provinciam, inter Russiam et ducatum Cracoviae interiectam, Lucow vulgo dictam, Cracoviensis episcopi auctoritati obnoxiam, ob nemorum interiacentium densitatem viarumque discrimina, pastorum praesidio destitutam in fide periclitari; abbati è Mezzano A. S. L. partes demandavit, ut episcopum Cracoviensem ad mittendos viros pietate et doctrina conspicuos, pro excolendis Christiana religione populis, impelleret.

Ad audientiam nostram pervenit, quòd inter Russiam et ducatum Cracoviae quaedam existit provincia, quae à civitate Cracoviensi quatuor distans dietis Lwcou(a) vulgariter nuncupatur, in qua homines habitantes, licet Christiano nomine censeantur, quia tamen venerabilis frater noster Cracoviensis episcopus loci dioecesanus, propter loci distantiam et difficultatem viarum, quas immeabiles facit densitas nemorosa, non potest instructioni eorum intendere, in ruditate sua et caecitate ferè pristina, perseverant: ibi pueri nisi grandiusculi, et gressus potentes firmare vestigium ad fidei ianuam, regenerationis videlicet sacramentum à parentibus adducuntur, propter quod multi decedunt ibidem unda baptismatis non renati, et aliàs infinita pericula proveniunt animarum: nos itaque volentes super iis, quo possumus, remedio providere, mandamus quod eundem episcopum moneas attentiùs,

(a) Lukow.

et inducas

et inducas, ut circa erudiendos populos regio:
nis illius, quos fidei sacramenta signarunt,
in fide et Christianæ religionis moribus, et ali:
os ad veritatis Christi notitiam invitandos, effi:
caciter laboret. Si autem hoc dictus episcopus
neglexerit adimplere, vel tu cogitatione habita di:
ligenti perpenderis, quod propter interiacentium
locorum distantiam, asperitatem viarum, vel diffi:
cultates alias idem episcopus nequeat illis popu:
lis curam impendere, sicut oportuerit, pastora:
lem; tu venerabili fratri nostro Gneznensi archie:
piscopo metropolitano loci, et episcoporum illarum
partium communicato consilio, prædicti diœcesa:
ni requisito consensu, pontificalem ibi sedem con:
stituas; et aliquem virum ordinis fratrum mi:
norum, opere ac sermone potentem, illi plebi
præficias in episcopum et pastorem, faciens ei
à suis subditis reverentiam et obedientiam de:
bitam exhiberi. Datum Anagniæ 3. Idus Julij
anno duodecimo.

Ex Oder. Rayn. Sub A. 1257 fol. 30. de instituendo Episcopatu Lukoviensi.

Ad comprimendam audaciam et Crudelitatem Litvanorum Jaczwingorum aliorumque hostium Ecclesiæ, quos vel schismatis vel infidelitatis nequitia in pios efferarat Alexander IV. Bartholomeo Minoritæ Bohemo promulgandæ religiosæ militiæ provinciam demandavit, quem Bohemiæ Austriæ Poloniæ Moraviæque præsulibus, ut in promovenda sacra illa expeditione operam conferrent, commendavit. Floruit ille ingentium virtutum opinione, magnamque apud Cracoviæ et Sandomiriæ ducem [: Boleslaum] ac Salomeam olim Galiciæ Reginam, quæ monasticam disciplinam in S. Damiani ordine colebat, gratiam collegit: à quibus sollicitatus Alexander, ut in oppido Lucou Cracoviensis diœcesis sedem Episcopalem excitaret præficeretque Bartolomæum, rem in Gnesnensis Archiepiscopi atque Episcopi Cracoviensis arbitrium contulit, ut quod Ecclesiæ dignitati conducere videretur decernerent.

NB

Ziemie nasiadłe pogaństwem podniecały gorliwość Zakonników, a razem chęć dla siebie nowych biskupstw erekcyi. Czynili to dawniej Niemcy w Krajach Słowiańskich za Odrą. Gdy się już chrześciaństwo w tamtych Krajach rozszerzyło, przeniosł się tamtez duch za Wisłę, i Drugie porobione biskupstwa w Inflantach za powodem Bertolda Cystersa. W Prusiech Chrystyan także Cysterst założył nową Katedrę. Dominikanie z Franciszkanami podjąwszy nawracać Syzmę Ruską i Kraje Połowców Kumanów Wołochów jey pograniczne, i na innych miejscach dźwignęli tam biskupstwa Katolickie dla siebie w Haliczu i w Czerwenie. Franciszkanie przepowiadając wojny Krzyżowe na Litwinów i Jadźwingów chcieli w Łukowie pogranicznym, a do dyecezyi Krakowskiej należącym założyć także Katedrę biskupią. Papieże na to chętnie pozwalali, już dla nawracania pogan, już że nowo te biskupstw erekcye mnożyły ich władzę tak duchowną jak świecką, że dobra fundacyjne brali zawsze in protectionem et proprietatem S. Petri.